



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ociositas fugienda est p[ro]p[ter] quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

**Eccle. 4** Auunt. Pſal. facies peccatorum ſum-  
 tis. Non attendentes illud Eccleſiaſti-  
 ci. Non accipies faciem aduerſus fa-  
 ciem tuam. Hi nanque imaginem  
**Mat. 25** dei contemnunt, alias aſſumentes ima-  
 gines. Et merito Deus eos deſpicit,  
 & in die neceſſitatis nū agnoſcet eos  
**Pſal. 27** dicens. Amen dico uobis neſcio uos.  
 Vnde ſuper illud Pſalmi. Domine in  
 ciuitate tuam imaginem ipſorum ad  
 nihilum rediges, &c. dicit Gloſſa.  
 Merito imaginem illorum ad nihilum  
 rediget Deus in caeſti ciuitate, quia  
 illi imaginem ipſius ad nihilum redi-  
 gerunt. Qua ergo fiducia rogat quis  
**Iſydo.** dominum, ſi eum deus non agnoſcit?  
 Qua fiducia (ait Iſydorus) ad caelos  
 erigit uultus quos conditor non  
 agnoſcit?

*Ocioſitas fugienda eſt propter  
 quatuor.*

**LUC. 14.** **P**rimo, quia ociū eſt locus diabo-  
 li. Sic dicit, reuertar in domum  
 meam unde exiui. Propterea die-  
**Ephe 4.** cebat Paulus. Nolite locum dare dia-  
**Gen. 28** bolo, &c. Apud hominem occupa-  
 tum non habet diabolus locum, ubi  
**Seneca.** poſſit eſſe. quia ſicut dicit Seneca.  
 Res perfectè occupata non habet lo-

cum alterius rei, nec illius est capax. Propterea dicebat D. Hieronymus. *Hieron.* semper aliquid boni operis facito, ut te diabolus inueniat occupatum. Ex hoc enim qui aliquis diabolo locum facit, iam omni loco indignus est, preter inferno, qui proprius locus ociosus est, sicut diaboli. Quod sit potest ostendi. Constat quod ociosus in celo non recipitur, quia celum est merces eorum tantum, qui operantur. Sicut dicitur. *Mat. 20* Voca operarios tuos, & redde illis mercedem, &c. Ociosus indignus est & in mundo isto esse. Propterea in Euangelio figurat dicitur de ficulnea. Succide eam, ut quid enim terram occupat? restat ergo quod solo inferno digni sint. Secundum est, quia ociosus brutis animalibus inferiorem se ponit, quia eis licitum est comedere, quod non est ocioso sine labore. Vnde dicebat Paulus. *Tess. 3a* Siquis non uult operari non manducet. Ad hanc intentionem loquebatur Ecclesiasticus. *Ecc. 10* Melior est canis uiuus leone mortuo. leo mortuus est aliquis magnus superbus, qui per totum diem stat ociosus, cui preualet canis uiuus id est aliquis strenue operans. Tertio, qui ociosus se exponit sine defensione hostibus suis. Est enim sicut castrum sine muro. *Eze.*

P

fumi-  
lesiali  
sus fa-  
ginem  
ces ima-  
picier,  
cet eos  
io nos  
mine in  
rum ad  
ossa.  
nihil  
te, qui  
m redi-  
gat quis  
noscit  
i celos  
or non  
  
opter  
  
s diabo-  
lonum  
ere a di-  
re dia-  
occupa-  
m, ubi  
eneca.  
bet lo-

*Hieron.*  
*Hugua.*  
*Mat. 20*  
*Luc. 13.*  
*Tess. 3a*  
*Ecc. 10*  
*Bernar.*



Ascendam ad terram absque muro.  
 Veniam ad quiescentes, & habitantes  
 securè. Verbum est diaboli, homo  
 uerò occupatus est uelut castrum  
 bene clausum. Vnde P. Augustinus.  
 Non facile capitur à tentatione, qui  
 bono uacat exercitio. Quarto propter  
 multa mala quæ ex hoc uitio oriuntur.  
 Vnde Ecclesiasticus. Multa mala  
 docuit ociositas. Et Bernardus.  
 Omnium temptationum & cogitationum  
 malarum & inutilium sentina est  
 ocium. in sentina nauium recipiuntur  
 fordes, sic cor ociosi quasi omnes  
 fordes uitiorum recipit. Sed uide  
 sequentia.

*Ociositatis mala sunt quatuor.*

**P**rimum est Luxuria. Exemplum  
 Dauidis habetur, qui dum occupatus  
 fuit bellis, continens fuit, tempore  
 uero ocij adulterium commisit.  
 Vnde Quidam Poeta ait. Queritur  
 Egistus quare sit factus adulter: in  
 pto causa est. desidiosus erat. Et  
 Eze. Hæc fuit iniquitas Sodomæ  
 sororitæ. Superbia, saturitas panis,  
 & abundantia, & ocium ipsius. Secundum  
 est uerbositas & curiositas, &  
 etiam nugæ. Bernardus. Ociositas

Auguf.

Ecccl. 33  
Bernar.

Eze. 16

Bernar.

I  
 est mat  
 stas. Pr  
 arare no  
 tem, &  
 est ma  
 &c. Q  
 scientia  
 pigri tr  
 ti, & ec  
 & oper  
 materia  
 sapiens  
 conium  
 mortifi  
 test ma  
 &c. di  
 superb  
 non su  
 tenuit

Ob  
 P  
 t  
 aliquis  
 seruat  
 in se ip  
 nem n  
 niemus